

Carolo Gottlob Anton
 Viro Clarissimo
 Adamus Aloysius Barichevich
 Presbyter Zagrabienſis
 S. P. D.

Maxima Tibi, Vir Clarissime, habenda est a nobis
 gratia, qui Tuam in lucubrationem de disciplina et mo-
 ribus Slavorum Observationes Martini Szabolovick bona-
 rum Artium Amantissimi, atque in primis eruditi inseru-
 isti. Noli quaerere, ut id placuerit? Opusculum ipsum
 ego non semel, sed iterum ac saepius relegi, atque alij,
 quos cognovi in eodem argumento aliquid conari, autor
 fui, ut Tuum sibi proponerent exemplar: praeclarum
 opus efficiant necesse est. Ingenuè fateor, accuratorem
 Antiquitatum Slavicarum notitiam ab homine, ad gentis

218/1